


... Consensus Judæorum Cum Christo In Doctrina De Lege

Gryphisvaldiæ: Litteris Danielis Benjaminis Starckii, [1710]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889399816>

Druck Freier  Zugang





Ic
751 II

CIC - 721 ¹¹

הסכמתם
של יהודים עם משוח ארבע
על ענין התורה

CONSENSUS JUDÆORUM CUM CHRISTO IN DOCTRINA DE LEGE,

Quem

Consensu Amplissima Facultatis Philosophica

Amico Philologorum Examine
exhibet

SUB PRÆSIDIO

M. BRANDANI HENRICI
GEBHARDI,

Sanctæ Lingvæ Prof. Publ. Ordin.

CHRISTOPHORUS *Dezloff* /

Gryphiswaldensis,

Die Novembr. clc lcc CX.

GRYPHISWALDIÆ,

Litteris DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,

Reg. Acad. Typographi.

CIC-721.11

VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimo,
Prudentissimisqve,*

DN. BALTHASARI Nührenber
Propatruo meo materno ad cineres
venerando ;

DN. CHRISTOPH. Nührenberg/
Seniori Laudatissimæ Societatis Cere-
visariæ apud Sundenses meritissimo ;
nec non

DN. BALTHASARI Nührenberg/
Senatori Amplissimi Collegii Patrii
dignissimo ;

Dominis Avunculis & Patro-
nis meis maximè honorandis, quo-
rum res ubivis florentissimas
animitus cupio,

hocce Studij Philologici Specimen
in FILIALIS amoris & gratæ mentis

τέκμηγιον

Studiorum Clientelam

officiosissimè commendo

RESPONDENS.

הָ לֵעָ הָ
 אֲרֵנִי חִירָ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ כְּדֵי שְׂאֵנֵךְ
 לְכַסֵּךְ כֹּזְבֵי הַיְהוּדִים חֲמֻסָּךְ
 וְלְהוֹצִיאָם מִשְׁפָּטֶיךָ לְאַמֵּר
 הוֹשִׁיעָה נָא הָ הַצִּילוּחָ נָא :

§. 1.

Judæi largiuntur natum esse Messiam teste Abenefra in *s. 53. Es.* Judæi ple-
 Nec enim reclamare possunt cum Scripturæ tum antiquorum riqve ajunt
 Judæorum clarissimis asertis. Nimis evidens enim est tem- Messiam
 poris determinatio in decantatissima illa traditione quæ Elia adhuc oc-
 adscribitur in Talm. Sanh. cap. chelek. שִׁתָּא אֲלָפֵי הוּי עֵלְמָא retardari
 כָּ אֲלָפִים תּוֹחֵוּ בְּ אֲלָפִים תּוֹרָה וְשָׁנֵי אֲלָפִים יִמּוֹת הַמְּשִׁיחַ propter
Sex mille annos durabit mundus. Duo millia annorum complectetur Peccatum.
inanitas, duo millia Lex, duo millia dies Messia. Ita allegatur in
 SchebBeth Jehuda p. 47. col. 2. ubi introducuntur duo disputantes
 coram Pontifice Romano: alter Hieronymus quidam conversus
 Judæus: alter verò Videel Rabbi quidam, Judæorum partes tuta-
 tus. Ac primo quidem inter eos convenit de Autore hujus dicti.
 Eum esse Prophetam Eliam affirmat Hieronymus pag. 47. col. 2.
 affirmat idem Rabbi pag. 48. col. 1. In eo discon^{en}it inter utrumq;
 quod Hieronymus verba וְמַעֲוֹתֵינוּ שָׂרְכֵי וְצָאוּ מֵהֶם מֵהַ שִׁיעָא
 at propter innumera nostra peccata tantum ultra præstitutum tempus
 effluxit, spuria & hypobolimæ esse censet, non ab Elia Propheta
 profecta, sed à quodam Rabbino, cum jam Judæi avita terra essent
 expulsi: Alter verò etiam hæc verba Eliæ Prophætæ adscribat, ut
 terminum Messiani adventus tantum conditionate prædici ac flatui
 evincat. Verum ipsa verba satis produnt suam *voſelav*. Si enim
 sunt Eliæ aut ipsius discipulorum, quomodo illi post sexcentos
 annos venturi Messiaæ adventum potuerunt suis peccatis sufflami-
 nare? Deinde dicitur in præterito, *præterlapse sunt* non in futuro
præterlabentur, ut aded certum esse videatur addita esse à quodam
 Judæo post exidium Solymæ. Judæus Hieronymo concedit, rege-
 rit tamen: Si Elias per hæc verba certum tempus Messiano adven-
 tui voluisset præfigere, dici debuisset אֲלָפִים הָאֲרֵכְעָה וּבִסְיוֹן
 A in

et in fine quarti millenarii או בתחלת האלף החמשו וכא משוח
aut in principio quinti veniet Messias. Respondet Hieronymus non
statui hic certum annum aut diem adventui Messiano (quanquam
id agnoscat Raschi cujus hæc est glossa תורה שני אלפים ומהחר
ומאחר שני אלפים תורה & post elapsos 2000. annos Legis,
neceffe fuisset Messiam venire) sed id tantum dici, quod omnis ille
temporis tractus post 2000. annos Legis, usque ad millenarium
septimum, quo mundus vastabitur, vocentur dies Messia.

2. Ergo, inquit Rabbi, verba hæc commodam patiuntur inter-
pretationem, quæ hæc est: שני קצון יש למשוח או זמן שני קצון יש
שנשבע האר או זמן שיהיו ישראל מרצים וישובו
בתשובה ולכן לא שם המאמר זמן קצוב לימי המשיח
אבל אמר ושני אלפים ומר המשיח ר' מוכנים
לכא המשיח ואם לא יהיו ראויים בתחלה ויהיו
ראויים באמצע וכא המשיח באמצע ואם לא יהיו
ראויים באמצע ויהיו ראויים בסוף וכא משיח בסוף
אבל לא ועבור מאותם ב אלפים שלם וכא
Duo sunt termini Messie positi: alter est tempus quod juravit DEUS;
alter, quo Israëlne per DEI gratiam acturi sunt pœnitentiam. Pro-
pterea dictum hoc non præfigit certum tempus Messie, sed indeterminate
dicit duo millia erunt dies Messie, i. e. erunt constituta adventui Messie,
ut si minus digni fuerint ipsum in initio exhiberi, & digni fuerint medio
tempore, veniat in medio istius temporis. Aut si nec eo digni fuerint,
digni autem fuerint in fine, veniat in fine, non autem ulterius suum
adventum differat. Vetus hic est error à Talmudistis etiam erratus.
Messiam merito obtineri debere tanquam mercedem bonorum
operum aperte exstat in Talm. Sanh. chel. fol. 97. col. 2. lin. 3.
כלו כל הקצים ואין הדבר תלוי אלף בתשובה
omnes termini (Messie adventui in Scriptura
præstituti) jam sunt præterlapse; pœnitentia est bonis operibus unice
opus est ad obtinendum Messie adventum. Sic & peccatis eum retar-
dari etiam antiquiores senserunt teste Aut. Ir Gibb. fol. 42. col. 3.
ארוך שמשוח קטור כשער אלף שהעכויות מעכבות אותו
וזהו כשער כארזל הוצהר מתחלה הוא דומה לחוט השער
Messias, ajunt Veteres, allegatus est pilo, quod nihil aliud est, quam
peccata

peccata ipsum retardare. Hoc enim vocatur **וַיִּבֶן** pilus secundum illud Veterum dictum: Peccatum primo simile est filo pili, &c.

3. Nobis, qui causam adventus Messiae statuimus Peccatum esse, facile erit hujus sententiae fundamentum subruere. Ita enim argumentamur: Si nulla causa est, quae terminum adventui Messiae à DEO praestitutum movere potuit, ut vel ante statum tempus veniret ad implendum officium suum, vel diu post, oportet Messiam non tantum jam esse natum, sed & jam perfecisse ob quod venerat. Verum est prius E. & posterius. Connexio probatur ex eo, quod remota causa removetur effectus. Minor certa est. Nam primo ex parte DEI nulla fuit causa, quae praestitutum terminum moveret. Absolute enim DEUS Messiam Protoplastis & Patriarchis promissit. Eandem promissionem cum per Jacobum repeteret, nullam annexit conditionem. Quem itaque absolute promissit, eum non exhibet cum conditione poenitentiae meritoriae, alias enim incurreret instantiae suspicionem, quod dicere blasphemum. Neque ex parte hominum causa est: Ea enim vel esset Peccatum, quod adventum Messiae retardaret, vel meritum humanum, quod Messiam statuto tempore exhiberi curaret. At nec est Peccatum. Peccatum enim est causa Messiae mittendi, ut *Es. c. 53.* ostenditur. Proinde non potest esse causa Messiae non mittendi, quia idem non potest simul esse & non esse. Neque est meritum humanum. Quantum quantum enim homo est debitor DEI est, à quo omnia, quae habet, accepit. Nihil itaque à DEO mereri potest, cum de suo mereri debeat. Multo minus postquam peccato infectus est, quod hominem plane ineptum facit ad sui conversionem. Atque haec ratio est quare DEUS Messiam non promiserit cum conditione poenitentiae. Non enim inveniebat in hominibus poenitendi potentiam. Proinde Messiam mittere voluit, qui eam in hominum animis operaretur. Accedit quod in textu non dicitur **וַיִּלֵּד** natus fuerit, sed **וַיִּבֶן** venerit. Adventus autem uti alibi cum operatione conjungitur, *Es. 30. v. 27. Es. 35. v. 2. &c.* ita & hic cum conversione gentium, cum ablatione sceptri. Hoc tam clarum est, ut ipse Jonathan idem fateatur *in v. 7. c. 66. Es.* **עַד דְּלֹא יִוְתִי עֵקֶב תְּתַפְּקוּ עַד דְּלֹא יִוְתִי זִוּעַ חֲרֻכְנֵי** (ita adducitur in Schebheheth Jehuda p. 52. c. 2.) *antequam veniat angustia, Israelitas redemptum iri, antequam veniat commotio excidii, revelatum iri Messiam.*

Proinde
revelatus
jam est &
officium
pacificandi
jam praxi-
sit

¶ Ex his jam clarissime sequitur Messiam non tantum esse natum, sed & revelatum & pacificandi officium jam expedivisse. Porro ex conditione Peccati spectandum est hujus Pacificatoris officium. Homo propter Peccatum est plane cæcus, à DEO alienus, viæq; ad DEUM perveniendi ignarus. Proinde opus est, ut is, qui tanquam Pacificator intercessit inter DEUM & Homines, Hominem doceat, viamq; salutis commonstret. Quid enim Homini pax cum DEO facta prodesset, nisi sciret per quem & quomodo esset facta, & quo pacto ipse in partem ejus venire posset? Homo propter Peccatum infinitæ pœnæ reatum contraxit, quem nullo modo à se potest amoliri propria satisfactione. Ergo opus est ut Pacificator, qui ipsum vult à reatu pœnæ liberare, onus satisfaciendi in se Ipse suscipiat. Homo, postquam in Adamo semel in Peccatum prolapsus est, semper illud ad diem usq; mortis secum circumfert, tentationibus ejus nunquam non obnoxius. Opus itaq; est, ut qui tanquam Pacificator peccati domandi gratia venit, subinde vires homini suggerat, quibus possit Peccato resistere. Hinc ergo Messias Pacificator est tribus modis, *I.* Docendo, *II.* Satisfaciendo, *III.* Regendo ac Pacem homini collatam conservando.

& *I.* quidē
docendo in
officio Pro-
phético:

5. De primo modo loquitur etiam *Zach. c. 9. v. 10.* ורכב שלום ורכב צדק & loquetur pacem gentibus. Quod vaticinium nonnisi de Messia explicari posse fatetur Raschi in *b. l.* אי אפשר לפתרו אלא על מלך המשיח non potest, inquit, aliter exponi quam de Rege Messia. Priusquam autem pax homini offeratur ac applicetur, necesse est, ut agnoscat & quis ipse sit, & quis DEUS sit, quidq; ab ipso postulet. Ut enim ægrotus non desiderat medicinam, nisi prius ipsi constet de morbo suo, ita nec homo pacem à Messia procuratam pensi habet, nisi prius de peccato ipsiusque natura fuerit informatus. Docet itaq; Messias qua conditione primus homo fuerit creatus, & omnes in eo posteri, nempe ad gloriam DEI, quæ est ultimus omnium rerum finis, quodq; ut ei posset perfecte inservire, & sapientia & sanctitate fuerit instructus, mortis plane expers. Consentit Bech. fol. 152. col. 3. אדם הראשון עד שלא חטא והתאוה תאוה הרה מלאך הו' צבאות כלו שכל נמור יפה ומום אין בו והיה ראוי שוחיה לעלמים כאחד מן המשרתים העלוינים וחונח בנן עדן הארץ שהיה מכתו

docendo,
homines
accrēta
imagine
divina

מבחי המקומות וכיון שחטא ונמשך אל התאוות נתפשט
 Homo primus מן השכל ונתלכש בחומר ואז גורש מן ערן
 antequam peccaret & inordinate concupisceret, erat Angelus DEI exer-
 cium, totus intellectualis, perfectissimus, pulcherrimus, vitium nullum
 erat in ipso. Proinde equum etiam erat ipsum vivere in aeternum Mini-
 strorum superiorum instar. Impositus erat Paradiso terra omnium pre-
 stantissima. Postquam autem peccavit, & inordinatis concupivit, exiit
 fuit spiritualitate, & indutus carnalitate, & ex Paradiso expulsus. Docet
 quod Adam non pro se solo, sed pro omnibus steterit posteris, ita ut in Adamo
 quemadmodum omnes in Adamo cum summa perfectione erant deperdit.
 creati, ita etiam cum eodem una peccaverint. Non dissentiunt
 Judæi. Bechai fol. 144. col. 4. לולא החטא היה האדם מוליד עם אשתו שלא כדרך האלה כדרך שבוע
 הנמור כשבוע האילן המוציא פירותיו ככל שנה שלנה
 בתאווה ותולדת הזו באמה ובתורה במעשה החטא כי
 הענבים הם מקולקלים בקלקול השורש Si peccatum non esset,
 Homines non ex libidine operam darent procreandis liberis, sed ex na-
 tura perfecta, instar arborum, quæ producunt fructus suos quovis anno
 citra ullam libidinem. Nunc vero quæcumq; parit, siue mater sit,
 siue filia, cum peccato parit. Quia enim genus humanum in Parente
 primo veluti in radice patruit, ariditatem traxit in ramis, ut Gregorii
 verbis lib. 7. ep. 53. verba Rabbinum exprimam.

6. Docet, quod omnes homines in Adamo non tantum con-
 traxerint peccandi necessitatem, sed & reatum tam temporalis, quam
 æternæ mortis. Quæ enim pœna indicebatur Adamo si peccaret,
 illa omnes posteros manebat. At non tantum temporalis, sed æternæ
 etiam pœna ipsis indicebatur E. Utramq; concedunt & Judæi.
 Majorem in Talm. Berach. c. 1. סוף האדם למות גם ישי סבה שחטא מן האדם
 Finis hominis est mori. Causa est,
 quia peccavit species humana. Ita enim probatur Majoris conne-
 xio, quia Adam repræsentabat totam speciem humanam. Mino-
 rem probat Autor Ikkarim lib. 4. c. 41. שאמר הכתוב כי כיוון
 אכלך ממני מית תמות וגו' וזו היא המיתה הנכפלת בכתוב
 לרמוז על מיתה הגוף ומיתה הנפש Quod Scriptura dicit:
 Eo die quo comederis de ea moriendo morieris; hæc geminatio in Scri-
 ptura designat mortem corporis & anime. Atq; hinc etiam apparet,
 quod

quod mors corporis non ex naturæ conditione sed à peccato dependeat Ir fol. 79. col. 3. אדם מתחייב כליוה בעבור עונותיו שכבר
homo corruptionis reus est propter peccata quæ perpetravit. Atq; hinc dicitur אדם גרם מיתה לכל העולם *Adamus causatus esse mortem omni mundo.* Jalk. chad. pag. 77. col. 2. Bech. fol. 208. col. 3.

Legem

7. Atq; ut eo profundius cognoscatur peccatum, docet Messias, quæ sit Legis ratio, quæq; ejus sint postulata. Ad eam implendam omnes omnium nationum regionum ac temporum Homines obligari, quia Lex omnium cordibus est inscripta. Judæi tria numerant Præceptorum genera. Alia vocant מצוות משכלות *Principia* שהשכל מחייבם והם מצוות השכלות *connata quæ ipsa dicitur ratio.* Alia vocant מצוות מקובלות שאין האדם מוצא בשכלו וצריך אל הקבלה אמנם מעטן מכאן *Præcepta tradita, quæ ratio non dicitur, sed quæ revelatione opus habent, quorum tamen ratio quodammodo investigari potest.* Alia מצוות אלהות שאינם נגלון לשום כריה רק להקבה *statuta divina, quæ nulli creature cognita sunt, sed soli DEO.* Illa sunt, e. g. proximo suum esse tribuendum, Bech. fol. 18. col. 4. fol. 99. col. 2. egeno eleemosynam esse dandam, Bech. fol. 29. col. 4. Ista sunt, e. g. interdictum de comedendo sanguine, quia sanguinis comestio crudelitatem gignit Ir fol. 22. col. 3. Hæc sunt, e. g. præceptum de vacca rubra & hirco emissario, &c. Bech. fol. 105. col. 31.

omnium
virium
perfectis-
simam o-
bedientiã
postulantẽ

8. Cum autem connata principia per peccatum vehementer sint obliterateda, ut homo sibi relictus eorum rationem propria industria non possit eruere, prorsus ut plerumq; putet externam obœdientiam sufficere, docet MESSIAS, quod Lex sit spiritualis & internam potissimum obœdientiam postulet. Non reclamant & hic Judæi; quod primo inde elucet, quia totam Legem ad hæc duo capita revocant: Diliges DEUM super omnia: Diliges proximum, sicut te ipsum. De priorè ita loquitur Autor Ir Gibb. fol. 15. col. 1.

אהבת ד' היא העבודה המוכרת והיא וש לה קרומה
כר העבודות *Amor DEI est præstantissimus DEI cultus.* & omnium ceterorum cultum supremus. De posteriore memorable est quod refert ex Talmud f. 91. c. 4. Venisse, inquit, Profelytum quendam ad Domum Hillelis, & petiisse, ut sibi totius Legis epitomen succinctam traderet, quo tanquam memoriali uti, & in præcepto

cepto generali specialiora in animum facili negotio revocare posset ;
וזהבנת לרעה כמך הרי כל התורה
Præceptum, diliges proximum tuum sicut te ipsum, esse compen-
dium totius Legis. Ut autem hæc duo directiva sunt præceptorum
affirmativorum, ita Negativorum directivum constituunt hoc :
לא תחמד שהוי כולל כל התורה כולה
Non concupisces :
Hoc, inquit Autor jam citatus ib. negativum præceptum, est breve
compendium totius Legis. Si itaqve DEUS in omnibus præceptis
suis dilectionem postulat, concupiscentiam vero prohibet, qvarum
utraqve est interna actio, non exigit nudum externum opus. Et
vero sciunt Legislatorem DEUM esse, Spiritum esse, qvi, uti non
tantum in corpus habet potestatem, sed potissimum in animam,
quam ad sui imaginem primitus creaverat, ita & animæ motus præ-
cipue Legi suæ vult esse conformes. Bech. fol. 83, col. 4. כר

המחשבות הנעלמות בלב גלויות הם אצל השם ורז כי
הוא יודע המחשבות ובוהו הלכות אי זהו לכו טוב ואי זה
Occulte cordis cogitationes manifestæ sunt coram DEO :
Ipse enim novit cogitationes, et probat corda, que bona sint, que mala.
id. ib. עקר התורה כולה תלויה בלב וכן התורה התימה בלב
מבואשות עד לעינו כר ישראל לקיחה מז החכמה
Lex tota primario ex corde dependet ; adeoq, Lex ob signata et reclusa
fuit in corde à creatione hominis, usq, dum in conspectu Israelis depro-
meretur ex Sapientia. Ir fol. 79. col. 4. ארזל הרהורי עבירה קשין

מעבירה פי הרמבם לפי שחטא כמבחר נפשו דהיינו בנפש
Dicunt Veteres : Cogitatum peccatum gravius est perpe-
trato. Rationem hanc dat Rabbi Moses Maimonides, quia sic homo
peccat præstantissima anima sua parte, quæ est facultas rationalis.
conf. Bech. fol. 117. col. 4. Idem verba, sancti estote sicut ego sanctus
sum, explicat זו קדושת המחשבה de sanctitate cogitationem,
fol. 153. col. 1. Et hoc notandum est, qvod Bechai scribat pravas
cogitationes non nisi holocausto, qvod nobilissimum sacrificium
erat expiari posse, fol. 137. col. 1. העולה אינה כחה על חטא
המעשה רק על חטא המחשבה והרהור שאין אדם נצול
Holocaustum non offerebatur pro peccato externo, sed tax-
atum pro peccaminosis cogitationibus et animi motibus, à quibus nemo
hominum

hominum liber est. *Id. fol. 102. c. 2.* אָרוֹל שֶׁהָרָשָׁעִים אֶפִּילוֹ כִּמְעוּ
אָמֵם מִרְשָׁעֵי שֶׁן זֹרוֹ רָשָׁעִים מִרְחֵם *Dicunt Veteres: Impios
etiam in utero materno improbe agere juxta illud, Pl. 58. v. 4. Recesserunt
impii ab utero.* Concedunt itaq; nasci hominem cum peccato hoc est sine
motu DEI sine fiducia erga DEUM cum concupiscentia, id quod ple-
nius patefcet ex sequentius.

9. Neq; ergo is tantum idololatra est, qvi externum idolum
adorat, sed & ille, qvi DEUM non amat super omnia, sed ipsi
creaturam vel prafert, vel æqviparat. *Bech. fol. 100. col. 1.*
וְשֶׁ לְפָרֵשׁ לַאֲתָ תַעֲשֹׂן אֲתָ כְּשֵׁאתָם עֹמְדִים כַּתְּפֵלָה אֲתָ
לַאֲ תַחֲשְׁבוּ כְּכֶסֶף וְזָהָב אֲשֶׁר עִמָּכֶם שֵׁאֵם תַעֲשׂוּ כֵן
מַעֲלָה אֲנֻפְעֵלִיכֶם כְּאֵלוֹ עֲשִׂיתֶם אֱלֹהֵי כֶסֶף וְאֱלֹהֵי זָהָב
*Verba Exod. cap. 20. v. 23. Ne facite mecum, &c. ita explicari
possunt: Si preces ad me funditis, nolite simul cogitare de auro ac
argento, quod vobiscum est: Si enim id feceritis, ego vobis hoc imputo
ac si fecissetis DEOS aureos aut argenteos.* Neq; eis tantum adulte-
rium committit, qvi actu ipso alienam violat uxorem, sed & qvi
scortatrices fovet cogitationes. *Id. fol. 153. col. 1.* כֹּל
הַמִּסְתַּכֵּל בְּנָשִׁים עֹבֵר מִשָּׂוִם אֱלֹהֵי תַפְנוּ אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים
לְפִי שֵׁאֵסוֹר לְחָשׁוֹב כְּאִשָּׁה אַחֵרָה *Dictum Veterum est.
qui aspiciit mulierem, transgreditur preceptum: Ne respicias ad idola.
Est enim prohibitum de aliena uxore cogitare.* Neq; is tantum
proximum suum defraudat, qvi rem suam ipsi invito aufert, sed
& qvi alienas opes inordinate concupiscit. *Id. fol. 99. col. 2.*
לַאֲ תַנְזוֹל הֵינִי עֹבֵדָה חֲמוּרָה עַד מְאֹד וְרוּךְ הָעוֹלָם
נִכְשָׁלִים בָּהּ וְעַד שֶׁחֵיָא מִצְוָה מְשַׁכֵּלֶת מְרַצְיָהָ וְתַנְאָקָה
וְהַגְּנָבָה וְעֵדוּת שֶׁקֶר אֲבָל מִפְּנֵי שֶׁהַחֲמֵדָה כֹּלֵל אוֹתוֹ שֵׁאֵין
אָדָם גּוֹל עַד שֶׁיַּחֲמֹד וְכַעֲנוֹן שֶׁכְּתוּב וְחֲמֵדוֹ שְׂדוֹת וְנִזְלוּ
לְכַךְ לַאֲ הוֹצֵרָךְ לְחֹזְכִיךָ וְכִלְלָה עֵתוֹ בְּלֵאֵוֹ שֶׁל לַאֲ
תַחֲמֹד וְעַד כִּי רָצָה לְאִסוֹר אֶפִּילוֹ הַחֲמֵדָה שֶׁהִיא תַאֲוַת
הַלֵב כִּכֵּל עַת וְכִכֵּל שַׁעֵה אֶעֱפֵ שֵׁאֵינִי כֵּאֵ לִידֵי מַעֲשֵׂה
כִּדוֹ שִׁילְמֵד אָדָם קָל וְחֹמֵר לְאִסוֹר הַגּוֹלָה שֶׁהִיא מַעֲשֵׂה
*Defraudatio proximi magnum peccatum est, plerisq; omnibus familiare.
Tanto gravior est, quia est principium natura notum, non secus ac 5.*

6. 7. 8.

6. 7. 8. *praeceptum.* Quia autem concupiscentie prave subordinatae, cum nemo quidquam alieni ad se pertrahat, nisi prius concupiscat, secundum illud Mich. 2. v. 2. Qui concupiscunt agros quos rapiant: propterea non opus erat huius peccati expresse mentionem facere, sed comprehendit eam Scriptura sub praecepto Negativo, non concupisces. Accedit quod DEUS ipsam etiam vult concupiscentiam prohibere, quæ est motus cordis omni tempore ac hora operosus, nec tantum opus externum, ut ita homo discat, si ne interna quidem concupiscentia sit licita, quanto minus externum opus licitum esse possit. Id. fol. 99. col. 4. החומר הוא מכה פועלו און qui concupiscit est ex eorum numero, qui operantur iniquitatem, alibi ait החומר גוזל, qui concupiscit, furto surripit.

10. Cum autem concupiscentia alia sit voluntaria, alia vero ^{propter innatam concupiscentiam pravam} citra proæresin ex naturæ corruptæ necessitate in omnibus hominibus exurgat, non illam tantum, sed & hanc in Lege prohiberi, docet Messias. Neq; hoc Judæis est adversum. Ir fol. 21. col. 4. מפניו לפעמים שאף השוגג נקרא פושע לפי שפשע בשמירת היצור שלא שמרו כראוי שלא וכשילו *Sæpius invenimus etiam illum vocari prævaricatore[m] qui per ignorantiam peccat. Ratio est, quia prævaricatur in cohibenda concupiscentia innata, quod illam non compefcit sicut equum est.* Idem sæpius citat hoc Veterum dictum ארזל לא יהיה כך ארל זר איוהו ארל זר שכנוף האדם *Quod dicitur, Psal. 81. v. 10. Non erit in te DEUS peregrinus: intelligitur illud idolum quod est in substantia hominis, nimirum Peccatum Originale. E. & ipsum Peccatum Originale in Lege prohibetur. Docet neminem posse innatam concupiscentiam ita cohibere, quin quandoq; peccet; Peccatumq; Originale non tantum esse absentiam concreatæ perfectionis, sed & qualitatem essentia hominis superadditam, quæ semper sit operosa, semperq; hominem in peccata actualia conjicere allaboret, & non nisi Hominis interitum studiose struat. Suffragantur & hic Rabbini Bech. fol. 143: c. 4. ודוע שהתאוה חזקה כשבעה והנה היא כאדם קודמיה לשכלו כי התאוה מושבעת בו מתחלת נעוריו שהוא נמשך אחר ההנאות הנשמויות *Notum est, quod concupiscentia natura sua sit valida, & ecce ipsam rationem in homine præoccupat. Etenim concupiscentia ipsi inde à naturæ naturæ aliter implantata est, ut cuius secta-**

tur Commoditates terrenas. Autor Ir Gibb. fol. 11. col. 2. vocat Pec-
 catum הכח המתאוה על כח נוסף כח *vim appetitus simplici super-*
additam. Id. fol. 19. col. 3. היצ"ה מתנכר כג' נפשור' דהיונו
 החוטא ברצון הנפש השכלית או החוטא מצד התגברות
 החומר של נפש הבהמית או החוטא ברצון הנפש החיונו
Peccatum dominatur in tres hominis animas. Quicumq; enim peccat,
peccat vel per voluntatem anime rationalis, vel quod prevalet carnalitas
anime sensitiva, vel per voluntatem anime vegetativa. Cum autem vel
 vi, vel dolo homo capi soleat, uterq; modus Peccato tribuitur :
 Fraudulentia, cum comparatur cum blandiente scorto. Id. fol. 18.
 col. 2. fol. 79. col. 3. fol. 91. col. 4. fol. 93. col. 1. conf. fol. 9. col. 2. 3.
 fol. 10. col. 1. 4. fol. 11. col. 1. fol. 18. col. 2. fol. 32. col. 1. fol. 60. col. 1.
 fol. 117. col. 2. Violentia cum comparatur cum aperto Hoste. Id.
 fol. 9. col. 4. fol. 60. col. 2. fol. 74. col. 4. fol. 96. col. 2. cum tyranno.
 Id. fol. 11. col. 2. fol. 51. col. 4. summam voluptatem ex hominis
 interitu capiente. Ir fol. 7. c. 3. היצ"הר מסית האדם לעכורה
 כעזו ומעיד עליו לעזוב שכן למרו ה"ל ממה שנ' מפנק
 מנוער עברו ואחריתו יהודה מנון שכן בערבי קורין
Peccatum pellicit hominem ad transgressionem in hoc
seculo, & testatur contra eum in seculo futuro. Hoc docent Patres nostri ex
Prov. 29. v. 21. ubi dicunt מנון apud Arabes significare testimonium.
 11. Deniq; comparata hac hominis miseria ad rigorosas Legis
 exactiones infert Messias, neminem posse Legem DEI perfecte
 implere, ne Sanctissimos & justissimos quidem. Adfirmant idem &
 Judæi. Ir fol. 17. col. 1. אה"ל שאפילו צדוקים גמורים אין
 יכולים לעמוד כמחיצת ה' *Dictum Veterum est, ne justis firmos*
quidem posse DEI judicium sustinere, fol. 19. col. 1. reddit rationem
 שווא תנאי הכרחי שאי אפשר שלא וטרה *hac enim necessaria hominis conditio est,*
 ut fieri aliter non possit, quin quandoq; in laus peccati deflectat. Atq; adeo
 neminem posse perfecte justum dici, concedunt; & quando Scri-
 ptura Justos perfectos appellat, non intelligi perfectionem absolute
 sed secundum quid talem תמימה *eodem modo*
 quo Scriptura DEI perfecta dicitur Bech. f. 27. c. 1. perfectum enim dici,
 qui non est hypocrita: ib. רע כי נקראת תמים שתוכו כבוו
 ופני

implere
 non posse

וּפְּוֹ וּלְכוּ שׁוֹיִם *Scito eum dici in Scripturis perfectum cuius interior est sicut exterior, cuius os & mens concordant.* Infert porro Messias neminem ex Lege posse justificari. Qui enim non præstat omnia quæ Lex postulat, eaq; perfecte, illum Lex accusat neglecti officii, שאין המרש עוקר אלא המעשה *non enim propterea data Lex est, ut sciamus quid à nobis exigat, sed ut impleamus.* Ir fol. 82. col. 4. Quem autem Lex accusat, eum non justum declarat. Imo tantum abesse docet, ut ex Lege possit peti iustitia, ut potius occasione Legis Peccatum magis invalescat, quia omnes homines natura

Nimir in ventum semper, cupimusque negata.

Neq; hoc displicet Judæis teste Autore Ir Gibb. qui sapius citat hoc antiquorum dictum אהל שהיצהר מניה האומות ומתגרה בישואל ובתח יותר מקולם חרו שהתורה אסרה אר ישראל במאסו של יצהר שהוא תקפו בדבר הנאסר *Dictum Veterum est; Reliquit Peccatum Gentes, & tentat Israël, Sapientum discipulos autem quammaxime. Vident Legem constringere Israël in carcerem Peccati, utpote cuius vis in re verita quammaxime se exserit, vide fol. 109. col. 3. & conf. fol. 59. col. 4.*

12. Postremo concludit Messias omnes ubiq; homines esse Peccatores, adeoq; mortis ac æternæ damnationis reos. Qui enim non implet perfecte omnia Legis postulata, ille peccat contra Legem DEI, infiniti Boni, εὐδελον. Omnes homines non implent perfecte Legis postulata, apparet ex §. 8. 9. 10. 11. E. Porro, qui peccat contra Bonum finitum, infinitam ac æternam pœnam incurrit. Omnis mundus peccat contra infinitum Bonum. E. Minor est evidens. Major etiam Rabbiorum suffragiis probari potest. Tritum enim eorum verbum est מרה כנגד מרה *inter pœnam ac delictum debet esse proportio.* Clarius eam confirmat Rabbi Albo, Orat. 4. col. 36.

בעלי הדתות ויערו שבר כבת בעבודת השם לפי שהוא ירא כבת במעלה ויתחייב לפי זה גם כן שיהיה עונש ממורה פי השם כלתי כערל תכלות ערל זה הדרך *Doctores Legis mercedem promittunt infinitam ei, qui DEO servit, quia ipse infinitus est, eademq; ratione pœna œternæ infinita ei, qui vicijs rebellat.*

B 2

13. Neq;

13. Neq; vero ullam hic ætatem excipi, sed quemadmodum homo nascitur tum peccato, ita eundem nasci cum morte animæ, propter indissolubilem peccati & pœnæ societatem. Mors animæ provenit ex disjunctione animæ & DEI, uti mors corporis provenit ex disjunctione animæ & corporis. Est enim **הקכה חיו הנפש** *DEUS vita animæ* teste Bechai fol. 68. col. 3. Sic naturaliter omnes cujuscunq; simus ætatis propter peccatum fumus DEI expertes, & proinde mortui, quæ est inchoata damnatio. Ut enim ante lapsum promissa immortalitas animæ constituta erat in perpetua unione cum DEO, (quid enim amisisset, si per immortalitatem animæ simpliciter incorruptibilitas ejus intelligeretur?) ita vi oppositionis mortalitas animæ post lapsum consistit in negatione unionis ac fruitionis DEI. Hæc in hac vita incipit; post mortem ubi omnis spes regenerationis periit, complementum suum accipit. **כליון הנפש שלא תאור** *consumptio animæ in eo consistit, quod non illuminatur luce vite* inquit Bech. fol. 171. col. 4. quam pœnam ipsa morte & substantiæ consumptione multo graviolem esse ait, quippe in æternam duraturam, ibid. In talem itaq; miseriam homines delapsos esse docet, ut qui Angelis antea erant similes, **המלאכים אינם** *peccatum facere nescientibus, propterea quod concupiscentia prava non fatigantur*, I^r fol. 8. col. 1. nunc infra omnium creaturarum sortem propter peccatum reputentur.

atque ita, 14. Cognita homo & peccatorum suorum & iræ divinæ gravitate pertremiscit, seq; satisfactione opus habere ex evangelio judicat. **תשובת הנפש לשרשה** *Bech. fol. 111. col. 2.* **הנפשה ומבלתי יודעת התורה שהיא משיבת נפש לשרשה** *Nullo modo fieri potest, ut anima in suum pristinum redeat statum, absq; lyro, & absq; cognitione Legis, que animam reducit in pristinum.* Cum enim homo neq; in se, qui per peccatum à DEO alienatus est, neq; in Patriarcharum meritis quæ nulla sunt, cum & ipsi Satisfactore indiguerint, aliquid inveniat præsidii, tandem, ut contritum & percussum peccatorem erigat Messias, docet se esse Satisfactorem pro peccatis generis humani, de quo jam ante vaticinatus sit *Esaias cap. 53.* cujusq; satisfactio tot sacrificiis fuerit præfigurata: esse Satis-

Satisfactorem universalem à DEO statim post lapsum toti humani generi promissum. *Gen. cap. 1. vers. 15.* cujus meritum, quis quis vera fide apprehendat, non pereat, sed habeat vitam æternam. Docet se esse finem Legis, seq; justitiam, quam nemo possit ex Lege petere dare omnibus in se fiduciam collocantibus, & propterea de fide in se scriptum esse in *Habac. cap. 2. v. 4.* צדיק באמונתו יהיה *justum fide sua vivere.* Hoc dictum Judæi ajunt breve compendium esse totius Legis. In *Maccot c. 3. Medr. Till. Ps. 17. fin. Ir Gibb. fol. 61. col. 4.* citatur Derafsch cujus huc redit sententia: 613 precepta dedisse Mosen 365 affirmativa pro numero dierum unius anni 248 negativa pro numero membrorum hominis. Illa precepta Davidens compendificasse & reduxisse ad tredecim Ps. 15. Esaiam reduxisse ad 6. Es. 33. v. 15. Micham reduxisse ad tria. cap. 7. v. 8. Iterum Esaiam reduxisse ad duo. cap. 56. v. 1. Amosum contraxisse in unum. cap. 5. v. 4. 5. 14. *Querite Dominum & vivetis. Tandem & Habacucum contraxisse in unum, cap. 2. v. 4. Justus fide sua vivet.* Notandum est quod Judæi in scriptis suis sæpe rejiciant fictitia illa salutis præsidia & in sola fiducia salutem suam fundent, ut inter alia patet ex *Medr. Till. Ps. 40. v. 1.* אין ביד ישראל אלה קווי כרו שינאלו *Israelita nihil quidquam aliud habent per quod libèrentur quam fiduciam acspem.* Quam non multo post holocaustis & sacrificiis opponit.

15. Docet deniq; quod Leges ceremoniales & forenses officii sui sacerdotalis & regii umbram saltem gesserint, quod etsi Patribus in V. T. non fuit ignotum tamen uberior & plenior ejus expositio ad N. T. tempora reservabatur. Habemus & hic Judæos ὁμοψύχως teste *Bech. fol. 150. v. 3.* רשו אל לעתיד לבנת הקבר צויתה חתורה כשר וחלב ופרה ארומה ושער המשתלח וכו כי כודאו לעתוד לבא לא יהיה שם לא שמטום הלב ולא עז שהרי אנו מוכטחים בהכטחת ומל ה אלהוד וכו בהכטחת כי אז אהפוך אל עמים שפה כרורה *Docent Veteres f. m. quod futuro Messie tempore DEUS manifestaturus sit Israeli, quare Lex preceptum dederit de non edenda carne in lacte, de vacca rubra de hirco emissario &c. Et vero futuro tempore neq; erit obturatio cordis, neq; idolorum cultus. Hoc enim promissum*

accepimus, Deut. 30. 6. *Circumcidet Te Dominus DEUS tuus &c.* &
Zeph. 3. 9. *Tum mutabo labia populorum ut fiant pura.* Postremo quod
Leges forenses ac ceremoniales jam cessare debeant, tum quia nul-
lus earum amplius est usus, Messia jam exhibito, tum quia inter Ju-
daeos & reliquas gentes per Messiam concilianda est pax & concordia,
inter quas ante erat odium propter Legum diversitatem. Ir. fol. 112.
col. 1. מצד המעשה של המצוות האמות שנאין אותנו מצד
שאנו מופרשים ממאכלם וממשתם כארזל סיני שמשם
לנת כפרה ולא הצלה ולא הצלחה כי הכרל יהיה להם
*Postquam omnibus consummatis regnabit Rex Messias, Filius Davidis
non indigebunt amplius expiatione, neq; liberatione neq; prosperatione.
Omnia enim haec tum ipsis erunt.* Referimus huc etiam dictum Rabbi
Juchananis allegatum in Medr. Till. Ps. 100. לעתיד לבנה כרל
הקרבנות בטלום וקרובן תורה אינו כטרל לעולם
*Futuro tempore omnia sacrificia abolebuntur praeter sacrificium laudis,
quod nunquam abolebitur.* Imo ex Judaeorum hypothese aliud sequi
non potest. Sunt enim quam plurimi qui statuunt Messiam plane
extirpaturum esse ex hominibus concupiscentiam pravam Ir. Gibb.
fol. 74. col. 4. Si itaq; Messiae tempore cessabit Peccatum, necesse est
& sacrificia cessare quia sacrificia propter Peccatum Originale sunt
instituta ut docet Bech. fol. 138. v. 4. כשר ודם עלול הוא אצל
החטא ואין שום אדם נצור ממנו ואפילו הצדיקים וכענן
שכתוב כי אדם און צדיק כארץ אשר ועשרה טוב ולנת
יחטא ועל כן באה מצות הקרבנות מאותו יתעלה להיותה
לפניו כפרת עונותינו שיתעשת לנו האלהים ולנת נאכד:
*Caro & sanguis debilis est propter peccatum, neq; quisquam hominum
a necessitate peccandi est exemptus, ne justissimi quidem: Scriptura enim
dicit, Eccl. 6. v. 22. Nullus homo justus est in terra, qui faciat bonum*

Es non

& non peccet. Inde venit preceptum de sacrificiis à DEO, ut sit coram
 ipso expiatio peccatorum nostrorum, ut DEUS nostri misereatur, ne pere-
 amus. Sublato enim fine tollitur ipsa actio propter finem. Ex eadem
 ratione & ciborum discrimen cessabit, quia ob debilitandam concu-
 piscentiam pravam quidam cibi prohibiti. Bech. fol. 143. v. 4.
 Idem ex Medr. Tanch. etymon חזיר *suis adducit שעתיד לפי שעתיד*
 לפי שעתיד לנו *quia DEUS suam edendi libertatem nobis reddet*
 futuro tempore. Quamquã illud dictum Autor pervertere allaboret.

16. Docet postremo gratiam DEI & sua beneficia non ad solos
 Judæos pertinere, sed & ad gentes omnium seculorum ac regionum.
 Universales enim esse promissiones Gen. 3. v. 15. cap. 12. v. 2. c. 22.
 c. 28. c. 49. v. 10. ubi expresse ponitur וְלוֹ יִקְרָא עַמּוֹת
 ipsi erit obœdiensia populorum, ipsi nempe qui paulo ante Judæis pro-
 missus erat, adhæsuras etiam gentes. Universalitatem promissionum
 illarum negare non possunt Judæi, cum affirmant scripturam non
 tantum in gratiam Judæorum sed & quorumvis populorum esse con-
 signatam. Videtur hoc inter alia etiam ex hoc cabbalifico invento
 probari posse, quod legitur in Jalk. chad. pag. 60. col. 3. Litera א
 adjecto ה facit אה iram, pœnam & judicium inferentem. Neg. (quod
 DEUS avertat,) consistere posset mundus nisi intercedat וְקָרָא עַמּוֹת
 conjungit, & significationem אה disoluto literarum nexu tollit. Hoc
 ænigmate innuere volunt non constiturum fuisse mundum post Ada-
 mi lapsum nisi DEUS homini per scripturam medium monstrasset.
 Scripturam autem אלה vocari diserte affirmatur in Ir Gibb. fol. 59.
 c. 1. אלה נקראת התורה Lex vocatur Aleph. conf. Jalk. chad. p. 36.
 Sic etiam וְקָרָא עַמּוֹת notat institutionem Legalem לשון מלא הוא לשון
 למד התורה Lamed magnum notat doctrinam legalem in Deut. 29.
 v. 28. Ir fol. 125. col. 1. Jidem affirmant Legem à Mose scriptam
 omnibus populis fuisse oblatam sed repudiatam Bech. fol. 79. c. 4
 Antequam daretur Lex omnes creaturae unam habuerunt inter se societa-
 tem. At postquam data Lex est, cum DEUS iterum offerret Legem omni-
 bus gentibus ac linguis, quarum tamen nulla nisi solus Israel, eam re-
 cepit, evenit ut omnes reliquæ gentes è fraternitate ac uniore exirent, &
 in solo Israël maneret hoc nomen, ut vocarentur Fratres & socii DEI uti
 scriptum, Pl. 122. v. 8. Cum itaq; כל הנביאים לא נתנבאים
 ליהוה אלהי ישראל *omnium sacrorum scriptorum unicus*
 scopus

scopus fuerit, de Messia temporibus vaticinari, (quod dictum passim apud Rabbinos invenitur) nullum dubium est, quin uti Scriptura ita & promissio de Messia ad omnes gentes pertineat.

17. Et recte quidem affirmant omnibus hominibus manifestatam esse veritatem caelestem. Annon enim illa toti humano generi patefiebat, cum Adamo innotesceret *Gen. 3. v. 15*. Annon pro omnibus suis posteris promissiones accepit Noachus? Annon miracula Mosaica in toto orbe fama sunt celebrata? Negare hoc non potest Bechai *fol. 88. col. 1*. הכונה באמרו שמעו עמוס ורגזון כל האומות האלו וכל מה שאחיהם הכוללים לו רוחות העולם נודעו בקריעת ים סוף ונתפרסם לכהן הפלא הגדול הזה: *Cum dicitur Exod. c. 15. 14. Audite populi constermata sint omnes nationes, &c. sensus est, quod omnes gentes, quas quidem terrarum orbis continet, in quatuor mundi plagis constermata fuerint fissi maris fama, quodq; tam in signe miraculum omnibus innotuerit hominibus.*

18. Quid caetera miracula, quae DEUS in Ecclesia Judaica per Prophetas suos patravit Mosaicis partim paria, partim majora, annon & ea dicemus gentibus innotuisse? Quid cum Israelitae in captivitate Assyriacae & Babylonicam abducerentur, annon censebimus etiam hoc pacto DEUM nominis sui revelationem intendisse? תכלית הארצות הגלות הוה לקדש הארצות *finis exilii fuit ut sanctificarentur terra,* ait Autor Jalk. chad. *pag. 48. col. 2. & pag. 54. col. 2.* למה הגלו ישראל לככל אלא כדי שיתוספו עליהם גוים *Non abductus est Israel in Babyloniam, nisi ut profelyti sese ad ipsos aggregarent.*


19. Quare Gentes juste in Scriptura damnantur, quod cum praetendere non possent ignorantiam suam, consciique sibi essent infirmitatum suarum, quod non possent naturalibus viribus DEUM recte colere, tamen non inquisiverunt Ecclesiam, quam semper DEUS in illustri loco habuit constitutam fama miraculisque celebrem, ubi veram colendi DEI rationem discere potuissent. Ita enim gentes poterant colligere: In quocunq; coetu fiant talia opera, quae a creaturis naturaliter operantibus fieri non possunt, ibi necesse est verum DEUM esse, qui unus tantummodo contra naturam agere potest, verique se manifestasse quis & qualis sit, & quomodo coli velit. Atqui in coetu Israelitico, &c. Ergo.

20. Sic & Judaeos oportuisset colligere: Si in gentibus culpabile est miracula, quae in Israele patrabantur, neglectui habere, multo magis nobis vitio vertetur Messiae miracula negligere, quae in medio nostrum patrantur, quare & nos gravior manebit poena.

○(○)○

Gebunden
v. F. A. GARBE
Rostock
Breite Str. 25.





the scale towards document

cito eum dici in Scripturis perfectum cuius interior
us os & mens concordant. Infert porro Messias
offe justificari. Qvi enim non præstat omnia
aq; perfecte, illum Lex accusat neglecti officii,
שׂאון המדרש non enim propterea data Lex
nobis exigit, sed ut impleamus. Ir fol. 8 2. col. 4.
accusat, eum non justum declarat. Imo tantum
lege possit peti iustitia, ut potius occasione Legis
malefcat, qvia omnes homines natura

tium semper, cupimusque negata.
Iudæis teste Autore Ir Gibb. qvi sapius citat hoc
אחל שהיצהר מניה האומות ומתגרה
בושראל ובתח יותר מקולם חרו שהת
ישאל במאסו של וצהר שהוה ת
Reliquit Peccatum Gentes, & tentat Israëlem,
autem quammaxime. Viden' Legem, constringere
Peccati, utpote cuius vis in re vetna quammaxime
109. col. 3. & conf. fol. 59. col. 4.

concludit Messias omnes ubiq; homines esse Pec- ac proinde
rtis ac æternæ damnationis reos. Qvi enim non æternæ da-
ia Legis postulata, ille peccat contra Legem DEI, mnationis
ov. Omnes homines non implent perfecte Legis reos esse:
c. 8. 9. 10. 11. E. Porro, qvi peccat contra Bo-
nitam ac æternam pœnam incurrit. Omnis mundi
nitum Bonum. E. Minor est evidens. Major
suffragiis probari potest. Tritum enim eorum
מרה כנגד inter pœnam ac delictum debet esse
eam confirmat Rabbi Albo, Orat. 4. col. 36.

בעלי הדתות ויערו שכו ככת בעבודת
ורת ככת במעלה ויתחייב לפי זזה גם
ממרה פי השם כלתו כער תכלות ע
cedem promittunt infinitam ei, qvi DEO seruit,
st, eademq; ratione pœna conuenit infinita ei, qvi

B 2

13. Neq;